

D.1 t.14 de testibus

q.15 Item **queritur**, an testes cogi debeant.

Et uidetur, nam occultare ueritatem est mortale peccatum, ut xi. Q.iii. Quisquis. Set quilibet debet cogi a mortali peccato, ergo quilibet potest cogi, ut testis fiat ad propalandam ueritatem, arg. v. Q.v. Illi qui, arg. 5 xiiii. Q.ii. Quamquam.

Econtra: Nemo 'ad testimonium dicendum' pulsari debet, ut ii. Q.vi. Statuendum. Item testis cogi non debet nisi ubi ob potentiam uel metum aduerse partis ferre non uult testimonium, ut in extra. de testibus Super eo.

- 10 **Solutio**: Hodie non cogetur nisi in casu in quo indulget decretum. Vel distingue: Si sponte interfuit, cogi potest. Sibi enim uidetur imposuisse necessitatem. Si fortuito, secus. Contra decretum tamen potest obici, cum magis uideatur cogendus qui nullum metum allegat quam is qui aliquem, cum metus possit excusare, si iustus est, quod tamen non est
15 uerum. Presumitur enim quod qui nullum allegant metum et nolunt testificari, quod diffidant de iustitia ipsius pro quo producendi erant; de aliis autem presumitur quod, si auderent, uellent, et ita presumitur de iusticia ipsius.

q.15 1 de testibus cogendis *marg. add.* D 3 quilibet] et *add.* P 4 propalandam ZBD, probandam PL 4 Illi qui *om.* Z 5 ii.] iii. ZB 6 ii.] xii. Z vi.] vii. P^{ac}, ii. B^{ac} 7-8 metum LZD, morem P, motum B 8 de testibus] *coğ supra lin. add.* D 10 decretum] -tum *ras.* P^{pc}, decretalis Z, d'tc B^{pc}, deere(!) D 11 interfuit] et *add.* PD 11 imposuisse] non *praem.* L 14 metus LD, metu PZB; cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.6 c.38, lin. 12-13: Metus allegatus potest a coactione excusare 14 excusare LD, accusari P, excusari ZB 18 ipsius] spiritus P^{pc}

q.15 1-18 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.2 q.6 c.38, lin. 11-23 2-3 C.11 q.3 c.80 4 C.5 q.5 c.4 5 C.14 q.2 c.2 6 *ad - dicendum* in C.2 q.6 c.38 6-7 C.2 q.6 c.38 8-9 JL 13970; *App.* 8.7; 1 *Comp.* 2.14.4 (X 2.21.3)